q̄ peccare poterat · Accipiamq̄ hoc de aliis
cadentibus et stantibus · Cadentes peccauit
et mortui sunt quantum ad esse gracie quod est
verum esse · Stantes non peccauerunt · potuit
tamen peccare quo mortales homines et de diabolo ·
Anima enim in hac vita que est in gracia potest
cadere in peccatum mortale et sic deo moritur
quantum ad veram vitam · potest autem redire ad
graciam et sic moritur peccato · Si ergo accipias
quantum ad illos qui numquam peccauerunt · sic
fuit mater christi et christus in humana natura · que
non peccauerunt non antea · sed agra · Hec
dampnus quo ad deum tunc inuenimus quod ipse
ergo solus anima inpeccabilis est et peccare non
poterat eterna · et sic solus immortalis est ergo
solus dicitur immobilis · Dicitur ergo a multis quod in
nima creata quantum ad esse quod habet in deo
nobilior est quam nobilissimus angelus quantum
ad esse quod habet ex se ipso extra deum hoc ex
cellit vires humanas · Create enim ab e
terno fuerunt in deo racione potencie et racione
cognicionis eterne sed non in tempore propter quod aut sunt
create in effectu non sunt alio modo in deo
quam si essent alio in deo non quo ipsum deum
creatum amplectitur qui ipsum lumen tunc
spiritus vere esset in spiritu tamquam ab eterno et iam esset
mutacio in deo · sed hoc est impossibile · Ergo quo
quo ab eterno equales fuerunt in deo non acci
piendo creaturas in effectu sed prout fuerunt
in prima causa et non fuerunt ibi secundum suum
esse formale vel reale ideo ibi non nobilius
vel ignobilius · Solus quo deus est immutabilis
quod de nulla creatura dici potest · Tunc ipse et
perfecte in te spiritus est in spiritu diuino quando fit
illa mirabilis vnio in vno et eodem quod est
simplicius esse et nature sic est anima secundum quod in te
est · Per spiritum qui diuiditur ab anima nichil aliud
intelligitur nisi tres potencie superiores con
tinentes ymaginem dei que sunt magis spirituales
Per animam vero dantur intelligi potencie infe
riores · Quando quo sic fit separacio illarum po
tenciarum superiorum in tantum quod perfecte tenduntur
in illum diuinum spiritum potencia cognitiua
taliter quod per ymagines et similitudines in
id lumen supernaturale non conducitur · sed solum
per lumen inaccessibile · Deinde potencia scilicet
voluntate a qua procedit amor quando illa nullo
inordinato amore tangitur creaturarum · Sed
tamen dei amor in anima et in ipsa potencia
volitiua ardet · et omnis alius amor ab ipsa
penitus excluditur tunc iterum est spiritus in spiritu ·
Quando ergo in memoria nichil relucet nisi spiritus

ille diuinus et tota nostra conuersacio est in celo
deo quantum ad mentem et illas potencias de
quibus dixi quia secundum corpus in deo esse non possumus
in hac vita quod simus in spiritu diuino secundum spiritum
tamen · Tunc ergo anima spiritus est in spiritu quando homo
intrat in cor suum et mentem et considerat
omnes vires suas et in hiis nullum inuenit
tractum ad gaudium seu solacium huius mundi
ita quod omnia abdicauit et omnia mobilia transcen
dit · et habet omnes vires suas in vnum collectas
et directas in spiritum et eternum bonum ita quod
amat et ardet · amat ardendo et ardendo
flammas emittit sicut facula · alios verbis
suis inflammando et accendendo tunc iterum spiritus
est in spiritu · Sed qui sunt isti ut sciant eos discer
nere · ostendo tibi signum quod dicit aliquis se
esse in spiritu quod numquam nouerunt · Dicit beatus gregorius
quod sepe amantis animus tanto contemplacionis
munere repletur vt videre valeat quod tamen
loqui non valet · sed si non potest nec scit enar
rare facit ut alter moyses aliqua signa
testimonii seu feres testificancia quod
in spiritu seu in regione lucis fuerat · Moyses
enim quando descendit in monte tamen illuminatus
fuit quod filii israel non poterant intendere
in faciem eius · Sic et tu debes esse illuminatus
si fuisti in spiritu ita quod nulla obscuritas
alicuius peccati tibi appropinquet · Primum signum
est illuminacio · Vnde si in spiritu vidisti poten
ciam patris tunc asportasti lumen diuini
amoris · Modo considera quod omnes isti qui plus
timent homines quam deum et plus dimittunt
propter homines quam propter deum numquam viderunt
potenciam patris in spiritu que potest perdere corpus
et animam in gehenna · Vnde dixit christus Nolite
timere eos qui occidunt corpus animam autem non
possunt occidere · Si ergo vidisti sapienciam filii tunc
asportasti lucem veritatis · sed qui sunt illi qui
seruant illam lucem · paucissimi · Qui eciam
in spiritu constitutus vidit spiritus sancti clemenciam secum
portabit pro signo lucem dileccionis diuine
sua pauperibus erogando · Vnde illi tenaces
numquam sunt in spiritu · Secundo dico quod perfectissime se
minamur in spiritu quando spiritus est sine spiritu
Tunc autem spiritus est sine spiritu quando super se ipsum
raptus in primo esse perficiat · et in suo esse naturali
deficit · incipiens defluere sicut cera a facie
ignis · et sicut gutta aque in vino forti · Vnde
legitur in canticis · Videns regina saba omnem
sapienciam salomonis et domum quam edificauerat
et cibos mense eius atque holocausta que offe
rebat in domo domini non habebat vltra spiritum
Sed quomodo ista regina sine spiritu fuit nisi quia spiritus

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. f.%20159v – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/vad/0070/f.%20159v)